



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 17. Professio fidei Latinorum de Processione Spiritus Sancti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

penitus expungendam enuntiavit. Alii Sæcul. XV.  
veluti normam præscribendam censue- A.C. 1439.  
runt professionem fidei a Patriarcha Ta-  
rasio editam, in qua Spiritum Sanctum  
a Patre per Filium procedere dicitur.  
Tandem in quinque conventibus hac su-  
per re habitis diversa proponebantur me-  
dia: nullum tamen utriusque dissidentium  
parti probatum fuit.

### §. XVII.

#### *Professio fidei Latinorum de Proces- sione Spiritus Sancti.*

Postmodum Latini condiderunt profes-  
sionem fidei, in qua anathema dixe-  
runt adstruentibus duo principia, vel duas  
caussas in sancta Trinitate, *Nos autem*  
inquiunt illi; *fatemur unum principium,*  
*Patris & Filii actionem, & productivam*  
*potentiam, & non dicimus, Spiritum San-*  
*dum procedere etiam ex Filio, ut ex alio*  
*principio & caufsa, sive quia Filius Spir-i*  
*tum Sanctum primordialiter producat: u-*  
*nam quippe novimus caufsam, & radicem &*  
*fontem Deitatis, Patrem. Neque vero u-*  
*nam dicimus personam Patris & Filii, quia*  
*unicam asserimus actionem, hoc enim absur-*  
*dum est, sed duas Hypostases dicimus, & u-*  
*nam actionem, & unam virtutem produc-ti-*  
*vam, & unum quod producitur ex substan-*  
*tia & hypostasi Patris & Filii. Idcirco*

E e 5                    etiam

**Sæcul. XV.** *etiam in sacro Symbolo explicatum est, u  
A.C. 1439. paulatim ii, qui affirmant Filium non i  
caussam Spiritus, laberentur in dogma, tem  
pus constituentes inter Patrem & Filium.  
Etenim qui negant, Spiritum Sanctum etiam  
ex Filio procedere, profecto manifeste deci  
rant, quod ex solo Patre: si vero ex sola  
Patre, fuit ergo, quando non erat Filius:  
si vero dicant, quod ex sola paterna hypo  
thesi, separant re ipsa substantiam ab hypo  
thesi, atque ita per ipsos substantia in parti  
secabitur, quod absurdum est. Hanc fidem  
Professionem die vigesimo nono Mensis  
Aprilis Latini ad Græcos miserunt; cum  
vero hi sibi necdum plane satisfactum es  
se censerent, eis aliam porrigere oportu*

### §. XVIII.

#### *Altera Latinorum fidei professio.*

**I**n hac secunda fidei formula Latini ex  
plicabant processionem Spiritus Sancti  
a Patre & Filio, ita tamen, ut unam Fu  
lli & Spiritus Sancti caussam, ne  
Patrem profiterentur. Post & Graec  
suam fidei professionem Latinis tranmis  
tebant, in qua declarabant, se quoque fa  
teri, fontem & radicem Filii ac Spiritu  
Sancti esse Patrem, ac Filium emittere, &  
ex se scaturientem effundere Spiritum, atque  
a Filio emanare, profluere, & effundi Spi  
ritum Sanctum. Cum vero Latini a Gra  
cis